



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post  
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

Sodomia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

tiones nullæ sint, irritæ & inanes, nullumque alicui ius in ipsis beneficiis, vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus suos faciat, sed ad eorum restitutio-  
nem teneantur, possiatque beneficia, cum sic impetrata, quam per eos antea ob-  
tentia, tanquam modo præmio vacantia a nobis, & Rom. Pontifice pro tempo-  
re existente duntaxat libere impetrari volumusque statutum, ordinatem,  
& decretum nostrum huiusmodi, etiam quo ad Monasteria monialium, & alia  
beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri solita locum habere. Non ob-  
stantibus.

## S O D O M I A.

P RÆTER Summissum est, qualiter contra clericos nefandi crimi-  
nis reos ultra disposita in Concil. Lateranensi sub Alex. 3. relato in c. clericis  
de excessi prælat. pena fuerunt aggravatae per duas Constitutiones Pii V. qua-  
rum prima est sub Datum Romæ kal. Aprilis 1566. in Bullatio fol. 924. incip.  
cum primum.

§. Si quis crimen nefandum contra naturam, propter quod ira Dei venit in fi-  
lios dissidentiarum, perpetrauerit, curia seculari puniendus tradatur, & si clericus fue-  
rit omnibus ordinibus degradatus simili poenæ subiiciatur.

Altera vero constitutio de priuatione clericorum propter incontinentiam, &  
eorum traditione brachio seculari, est eiusdem Pii V. publicata Romæ die tertio  
Septembris 1568. fol. 1028. in Bullario incip.

Horrendum illud scelus, quo pollutæ fœderæque ciuitates tremendo Dei iudi-  
cio conflagravit, acerbissimum nobis dolorem intulit, graviterque animum no-  
strum commouerit, ut ad illud quantum potest comprimendum, studia nostra cō-  
feramus. Sane Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, ut quicunque Cle-  
cici, illa incontinentia, qua contra naturam est, propter quam ira Dei venit in fi-  
lios dissidentiarum, deprehensi fuerint labore, a Clero deiijciantur, vel ad agendam exces-  
in Monasterijs penitentiam defudantur. Verum ne tanti flagitijs contagium, im- prala.  
punitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius invalescat, Clericos & sub  
huius nefarij criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, ut qui anima in-  
teritum non horrescant, hos certe deterreat ciuilium legum vindicta gladius sacu-  
laris. Itaque quod nos iam in ipso Pontificatus nostri principio, hac de te decre-  
uimus, plenijs nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes, & quoseunque  
Presbyteros, & alios Clericos sacerdtales, & regulares, cuiuscunque gradus, & di-  
gnitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio,  
dignitate, & beneficio ecclesiastico præsenti Canonis auctoritate priuamus, ita  
quod per Iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur,  
qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laico hoc in exilio deuolutos, le-  
gitimis reperiuntur sanctionibus constitutum. Nulli ergo, &c.

A D D I T I O Præsentis constitutionis dispositionem, & penas ampliamus Ampl.  
non solum in clero Sodomita masculorum concubitore, sed & in eo qui feminam 1.  
præpostera venere cognoverit. cum in hoc casu Sodomia proprie committi dicatur,  
sicuti præ alijs voluerunt Afflit in constitut regni, legum asperitate libr. 3. rubr.  
42. num. 13. Iul. Clari qui de comm. opinione attestatur libr. 3. recyp. sent. §. Sodo-  
mia num. 2. eamque sequutus est Menoch. de arb. Iud. lib. 2. casu. 86. num. 5. & in  
addit. ad eundem casum num. 40. Conar in epitome de sponsal. & matrim par. 2. §. 2.  
5. num. 7. & Sayrum lib. 7. thesaur conscienc. c. 12. sub num. 21. Secundo ampliamus  
in

in Clerico, qui vitium bestialitatis commiserit cum brutis luxurie causa turpiter se commiscendo, ut inspecie notat Roderiq. in sum par 1. c. 209. sub num. 2 ratione de qua ibi per eum, vide Rolan cons 7 vol. 1.

Illam vero in pluribus limitamus, & primo in Clerico Sodomita occulto quo ad suspensionem ijsu iure in foro conscientia ab ordinum executione & per consequēs quo ad irregularitatem si in illis ministraret, & quamvis in contrarium se habeat quam pluri morum Doctorum auctoritates, etiam post peractam panitentiam ante dispensationem prout est videre apud Lambert. de iure patron par. 1 lib. 2 quast 9. art 18. Couar. in Clem si furiosus par 1. S. 1 num 6. de homicid. & huic opinioni ad stipulatur Lopez ad Diaz cap 86. & ita propter criminis grauitatem practicanū esse inquit Foller in præl. crim can in Miscellan. cap. 37. num. 11 Oppositum tamen ex pluribus defendit ac demonstrat Nauar. in man. cap. 17 num 249. & latius in comment de tec. defend prox num. 37. Vgolin in tract de irregular cap 43 §. 3. num 4 idque etiam stante profato. Tij V motu; Henrīq. in sum libr. 13. de excōns. cap. 6 in fine in gl. lit. & clariss lib. 14 de irregular c 5 sub 9. 1. concurrit Roderiq. in præalleg c. 209 conclus. Secus vero in notorio, & publico ex præd doct. quo casu ut aduertit Tolet. in sum lib. 1. cap 74. huiusmodi irregularitas non dicitur prouenire ex delicto sed ex infamia, & scandalo, quæ ex delicti notorietate oriuntur; minusque dicendum est irregularitatem per laxos contrahiri, de quibus huc extrauag. non loquitur ex eisdem Nauar. Tolet. & Vgolino. Secundo limita protegere tantum in clericis habente copulam Sodomiticā, qua non alias consummari dicuntur, nisi intra vas contra naturam semen effunderetur arg. tex in c. fin de spōl. & ita declarat Nauar. ubi supra. quem sequitur Lopez. & Roderiq. tam in sum quā in tom 1. q. regul 9. 30 art 18. & tom 2. q. 27 art. 2. Vgolin loco prox cit secus autem si extraordinariam pollutionem cum puero haberet quamvis inter actus Sodomiticos copulerint Tertio consequenter limita in Clerico, qui attentauerit hoc scelus perpetrare ex allegatis per Menoch. 2. de arb. iud in addit. ad cas. 280. nume. 37 etiam si ad alium proximum deceniisset, non tamen delictum perfecisset. Unde sciendum, quod dicitur attentari pueri pudicitia cum id agatur ut ex pudico impudicus fiat c. si quis tam feminam de panit dist. idque verisificari, & existere potest duob modis & primo quando processum esset ad aliquem actum de per se ordinatum de præsentia ad ipsum factum scellestissimum, veluti ad leuandum vestes, & alia præparatoria, de quibus per Cardin. Paris in cons 163. vol 4. Secundo modo quando peruenient, esset ad actum magis proximum, & immediatum, qui tunc talis dicetur, quo supposito de facili ijsus facili continuatio sequeretur ex dictis per Boer. de cis. 316. & sicut neutrō modo clericus pannis per hanc constitutionem pro hoc crimine impositis puniendus ventret, nisi tale delictum perfecisset, & omnino consumasset, idque probatur ex eo, quia hodie de generali consuetudine totius Italiae, immo totius mundi, ( per quam iuri communī abrogatum esse censetur ) introductū est, ut etiam in atrocissimis & grauissimis attentatiū pro consummato non puniatur, nec conatus seu effectus non sequitur effectu etiam si ad actum proximum deuentum esset. ita ut liceat puniatur eadem lege, non tamen eadem pena ab ipsa legge determinata sed minus seu mutius, & extraordinarie, de qua consuetudine præter alios, quos recensere possim, attestantur Afflct. in const. regni asperitatem. par. 2. rubr. 11. num. 2 Gram. decis 2. uniu 8 & infra, & decis 74. num 4 & 3. idem Gram. in voto 19. num 4 & voto 20. num 8. Iul. Clar. in præl. crim quast. 92 sub num. 2. Iutius hoc esse existimat. & nouissime Prosper Farinac qui alios Doctores plena manu congerit, in sua pract. crim tit. de delict. & pan. quast. 7. num.

num. 49. Ego autem perpensa huius criminis detestatione, & grauitate, & cum sit res perniciosa exempli arbitrarer ( meliori iudicio semper salvo ) quod ubi clericus conatus fuerit hoc scelus committere, & ad aliquem alium admodum proximum seu directum in sceleris consummatione peruenisset, deinde propria penitentia duclus sua sponte. & a nemine impeditus a crimine cessauerit incepto, ex doctrina Couar. loco infra citando debere predictas penas in alias mitiores commutari arg. rex. in l. qui falsam ff. de fals. & glossam l. qui ea mente ff. de furt. ubi vero per ipsum minime stetisset omnem conatum adhibendo ad actus perfectionem sed aliquo exteriori impedimento fuerit impeditus quo minus crimen peragret exequetur, & in totum consummasset, veluti quia detectus suis et ob aliorum superuentiam, ut in hoc casu veniat puniendus penas in d. constitutione contentis, & expressis. Et ad ita decidendum mouent me scripta per Felin in tract quando conatus puniatur & in c. 2 de presumpt. & praece tradita per Couar. in Clem. si furiosus. par. 2. in initio nu. 6. & infra ita in specie admonet me Menoch lib. 2 de arbitr. iud. casu 360. num. 60. & Rodriq in d. c. 109 afferens in Regnis Hispania comburi eos, qui hoc peccatum committere conantur & procurant, quamvis impediti copulam non consummasset Quartu limito ut huius extrauag. penae saltem quo ad forum conscientiae procedant in clero, qui ex iteratis actibus vitium hoc frequenter, adeo ut ex usu quasi continuato id exerceat, ac boni viri arbitrio illius exercitor dici possit, ex alleg. per Nauar d. c. 27. nu. 250 non autem in eo qui aliquoties cadit & cecidisset fanuet, ideoque minus recte sensisse existimo Ignat. Lopez loco præalleg qui unicum lapsum sufficere pretendit Nauarii opinionem impugnando & reprobando de quo etiam miratur Rodriq in locis citatis eo quod ob quoddam leue & fragile argumentum, cui ipse responderet, & ego ne inutiliter membranas occupem referre omitto. at tam pia, & tanti viri opinione recedat Gregor XIII. auctoritate confirmata. Sed quoniam pro ad. claram difficultatem est probatio nisi per confessionem ipso rum delinquentium, cum huius delicti natura sit, ut ex communiter accidentib. se crete, & occulte committi soleat, dubitari posset. An & quando dictu solum pueri stuprari & Sodomiam passi faciat indicium ad torturam contra Stuprantes seu agem: Ad cuius dubius resolutione pra. alijs videadisunt. Egid. Bos. in tit. de indic. & consil. ante tort. Plot. in conf. 123. quod est inter consilia criminalia diuersoria, Gram. decis 40. nu. 16. Card. Paris conf. 63. volu. 4 & nouissime ac norab. Pro. per Farinac. qui communem Dolorum opinionem & praxim insinuat in pralt crimi tit. de indic. & tort. q. 43. nu. 89. & infra Quinto. & demique limbo præsentem constitutionem quo ad penas in ea contentas ipsa facta incurendas quantum ad forum interius, quia clericus rali viuio irretitus non tenetur statim commissi culpa dimittere beneficia officia, & dignitates Ecclesiasticas. absq; eo quod præcestat iudicis sententia, non enim tenetur esse executor distarum penarum contra se ipsum. ex eom. & frequentiori sententia ut per Symanc. de cathol. instit. c. 9. na. 209 Nauar in comment de dat. & promis norab. 31. nu. 42 in fine, Molina in tract de iust. d. spu. 96 late Gutier lib. 1. can. q. c. 1. sub nu. 12 concludens, quod sententia tenentium contrarium est a communis Schola Theolog. & canonistarum exp. o. a. quod s. titrum legum penalium transgressores ante latam sententiam penas ipsas subire teneantur, examinat etiam Rodericus tom. 1. q. regular. q. 6. ar. 10 & latissime Alex. Moneta intrat de distributione quotidiana par. 3. q. 7 quinimo quod d. extrauagans tantum respiciat forum exterius, & quo ad forum conscientia in praxi recepta non sit. mult. Herra. & Tole. locis superius cit. & ex pluribus demonstrare nititur Graf. par. 1. li. 2. de tis aurear. c. 90. nu. 5. & infra & ita refert Vgolini in tract de irregular. cap. 43.

S. 2.

§. 2. sub nu. 4. in fine testatum fuisse quendam ex Societate Iesu Illustr. Card. Sabel-  
lium Rom. Pont. Vicarium, cum de hac re Romæ contentio esset, consuetu respon-  
disse, hancque sententiam probasse vnum ex panitentiaris S. Petri de Virbe, quā  
& ipse sequitur.

Hinc deducitur, & primo. quod cum pena priuationis beneficiorum, & c. sit ipso  
iure ab hac extrauag imposta propter illa verba s. (presentis canonis. auitoritate  
priuamus) qua cum sint presentis temporis inducū tēna ipso iure ex allegatis per  
Nauar. in man. c. 279. sub nu. 24. non erit necessaria sententia priuatoria, & sic ut  
feratur super tēna, qua longe distat a declaratoria, in qua per simplicē criminis de-  
clarationē venit ipso iure priatio Sot. lib. 1. de iust. & iur. q. 6. ar. 6. concl. 2. Rota  
diuers decis. 728. par. 3. sub num. 2. sed requiritur declaratoria tantum ad factum,  
non autem ad ius. Achilles de Gras decis. vnic. num. 5. Jubil. de panis, & alibi di-  
ximus alios citantes. Deductur secūdo quod quis posset facere sibi prouidere de be-  
neficiis, illaque acceptare etiam ante d. sententiam ex com. opinione vt inquit Mā-  
dos qui, quamplurimos Sribentes in hoc cōuenientes, cumulat, in addit. ad Lap. al-  
legat. 16. lit. Ad idem Achil. de Gras. in eadē decis. nu. 2. ipse vero clericus de hoc  
crimine infamatus remanet in possessione, a qua inauditus amoueri nō potest ex ve-  
riori, & com. sententia vt testatur Hoidea de beneficis incompat. par. 2. c. 4. sub nu. 9.  
vel antequā sententia declaratoria promulgetur, mo neq. post dāt am. sententia, ni  
ipse reus d. possessione expolictur. Henrīq. optime lib. 13. de excom. c. 56 in fine l. 3.  
vide Supra in vorbo alienatio, nu. 49 & in verbo beneficiorum resignatio.

## S P O L I A C L E R I C O R V M.

Congru-  
it tit. de  
pecu-  
lio Cleri-  
corum.

Iulij 3.

Eiusdē.

Sixti. V.

P RÆTER Summissas sciendum est, quod in hac materia sunt aliq. Sum-  
morum Pontificum Constitutiones, quarum prima est. Pauli III. Declara-  
tio, & Constitutio super Spolijs ad Cameram Apostolicam spectantibus. ab an-  
tiquissimo tempore, circa fol. 240. in Bullario incip. Romani.

Declaratio quod fructus beneficiorum, tempore obitus beneficiorum inex-  
isti debeantur successoribus in beneficijs, & non hæredibus dictorum beneficia-  
torum, &c. Incip. cum sicut nobis nuper. folio 504.

Declaratio regula, siue constitutionis, perpetua nuper publicata super fructi-  
bus beneficiorum tempore obitus beneficiorum inexactis fol. 505.

Quod constitutio perpetua super fructibus beneficiorum inexactis edita, lo-  
cum non habeat in locis in quibus collectores Cameræ Apostolice esse consue-  
uerunt fol. 506. & sic limitatur dispositio cap. fin. de off. ord. in 6. & c. quia sive  
de electio. in 6. & Clem. statutum eo. tit. & c. cum vos, de offi. ord. quia non reser-  
uantur vacantibus Ecclesijs eorum successoribus. Aduerte tamen, quod extat Bre-  
ue super fructibus pendentibus, & maturatis, & a solo minime separatis, seu non  
dum exactis usque ad diem apprehensionis possessionis per beneficium spe-  
cantibus ad Cameram Apostolicam. Sextus Papa V. ad perpetuam rei memo-  
riam.

Cum sicut accepimus, variae dubitationes, ac etiam contentiones inter moder-  
num, & pro tempore existentem nostrum, & Sedis Apostolicae Nuncium in Re-  
gno Neapolitano ex vna, & clerum singularum ciuitatum, & dioecesum eius-  
dem Regni, qui super spolijs clericorum, & presbyterorum beneficiorum, ac  
aliorum dicti Regni ab humanis pro tempore decadentium cum nobis, & Ca-  
mera nostra Apostolica transegerunt, & concordarunt, eorumque hæredes

p. 2.